



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Henrici Canisi[i] Noviomagi, Belgæ, Jn Academia
Ingolstadiensi SS. Canonum Profess. Ordinarii & Primarii,
Opera Quæ De Ivre Canonico Reliqvit**

Canisius, Heinrich

Coloniae Agrippinae, 1662

In Cap. Dilecti. 4.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62169](#)

quens juramentum servari non debeat, cùm ver-
gat in dispendium salutis æternæ. Verùm huic
argumento Bart. facile occurritur, negando præ-
ceptum Principis contra juramentum nos ob-
stringere sub peccato; † cùm juramenti vis non
ad forum Principis, sed Ecclesiasticum, tamquam
res spiritualis, pertineat, c. *Venerabilem* 34, vers.
idem etiam cum vers. seq. sup. *Deeleck.* &c. *Novit* 19. inf.
De judic. ejusque obligatio in ipsum Deum diti-
gatur, c. *Debitores* inf. *De jurejur.* Adeoque ratione
juramenti etiam adverius præscriptum juris ci-
vili quis conveniri possit coram judice Ecclesiasti-
co, c. fin. *De foro compet.* 6. Imò etiam judex sacer-
cularis cogi per censuram Ecclesiasticam ad ejus
observationem, ut est textus in c. 1. *De jurejur.* in
6. Igitur certi juris est, juramentū adjici posse ar-
bitrio sive cōpromisso, fragrāte licet jure civili.

Ad alterum quod accinet, res satis implicata
est, propter text. in c. sup. *De pactu* & in c. 4. sup.
4. *De transact.* quibus non permittitur alteri litigan-
tium cedere iuri de beneficio motæ, cā lege, ut
expensas factas ab altero recipiat, propterea quod
hęc pactio simonie speciem contineat. At verò
hoc textu nostro arbitrorum sententia sustinetur,
quà unus iuri beneficiali cedit, alter verò contrā
in refusione quinque marcarum condemnatur,
ut liquet ex fine cap. *nostri*, & magis confirmat tex-
tus in c. *Nys* 21. inf. *De probandu.* Quare Hostiensis,
ut refert eum Panorm. hic, distinguendū putat
inter cessionem juris spiritualis, quæ liberopar-
tium consensu fit, & eam, quæ ex arbitrorum
sententia: ut priori casu pecunia vel alia restem-

poralis intervenire non possit, juxta d.c. 4. poste-
riori verò possit, eo quod non sponte, sed quo-
dammodo ab initio ex arbitrorum sententia tem-
porale præstetur, text. hic & in d.c. *Nys*. Verùm hanc
distinctionem aperte refellit tex. in c. fin. inf. *Dere-
rum permitt.* qui in arbitrorum sententia idem
center, quod in spontanea cessione juris spiritua-
lis, quippe utroque casu juris spiritualis, quippe
utroque casu juris spiritualis estimatio quædam
est. Quare res iuri existimat Imola hic, arbitrorum
sententiam eo casu valere, quo solius pacis
vel pieratis respectu pecunia vel alia rest tempora-
lis. Verum statuitur, per hunc text. in fine & in d.
c. *Nys*. Secus si in compensationem cessionis juris
spiritualis condemnation fieret in temporali alteri
applicando; nam hac species sententia arbitrorum
in simonia notam incideret, & consequenter non
valeret, d.c. fin. juncto c. 4. sup. *De transact.*

Quod autem juramentum fraudulenter extor-
tum ipso jure valeat, innuit text. b. in fine, in V. ab-
solvas, quod præsupponit obligationem. Quam-
vis Gl. ibid verbum ab solvas interpretetur, absolu-
tum ostendas, cùm juramentum ad illicita non
extendatur, c. *Quanto* 18. & c. *Quintavallus* 13. inf.
De jurejur. Sed cùm arbitrorum sententia in favo-
rem vel gratiam alterius partis lata ipso jure va-
luerit, licet exceptio dolii adversus eam de-
turi, & c. *C.h.s.* & consequenter etiam juramentum
substituerit, ab eo absolutione opus habet; præsup-
posito tamen, quod sententia arbitrorum non si-
moniacè, sed pro bono pacis lata fuerit: nam
alias verior videbitur interpretatio *Glossæ*.

In Cap. Dilecti, 4.

SUMMARI A.

1. *Compraudiū in fœminam an possit.*
2. *Judicandi mūnus interdictum mulieri,*
3. *Nisi aliud confusitudine loci receptum sit.*
4. *An ob honestum prohibeatur.*

Quod ab Imp. Justiniano constitutum est in
l fin C. *De receipt arbitri.* ne scilicet mulier in
arbitricem eligatur; pulchre hoc nostro
textu restringitur, nisi mulier ex consuetudine
loci jurisdictionem sibi acquisiverit. † Ex quo e-
2 nim mulieri officio judicandi à jure interdictum
est, l. *Cum prator.* 12. § penult. *D. De jud.* & l. 2. *D. De R.*
I. consequens est, ut neque in eam compromitti

possit, d. l. fin. si quidem arbitria ad imitationem
judiciorum redacta sunt, l. fin. D. eod. † Unde ē di-
verso si consuetudine loci receptum sit, ut judex
esse possit mulier, poterit & arbitrium in se susci-
pere, tamquam minus majori insit, c. *Plus semper*
De R. l. m. 6.

Neque verum omnino est, quod Panorm. hic
putat mulierem ob honestatem prohiberi judi-
cem esse, atque idecirco contra honestatem hujus-
modi consuetudinem introduci: nam aliud evin-
cit respondum I.C. Pauli, quo commemorat fæ-
minam moribus prohiberi, ne judex sit, in d.l. *Cum*
Prator § moribus.

In Cap. Cūm dilectus. 6.

SUMMARI A.

1. *Coram arbitru quin reconveniri non potest.*

2. *Coram ordinariis verò judicibus potest.*
3. *Vi & coram delegatis.*

H. 3

A. Ratis